



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gvillielmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XXV. De tribunalibus subselliisve in quibus Athenis ius dicebatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

CAP. XXV.

*De tribunalibus, subselliisve
in quibus Athenis ius
dicebatur.*

UT clarius singula appareant,
Demosthenis omnium do-
ctrinarum Principis ex oratione
κατ' ἀεριστοργάτους sententia mihi
primum in medium adferenda
videtur. Illa enim lucem sequen-
tibus maximam adferet. Ubi er-
go in memoriam ipsis Athenien-
sibus illa publica commoda re-
tulit, quibus illi fruerentur, quo-
tidie, qui civitatis iure uteban-
tur, quorumque Charidemus (in
quē partim ea oratio scripta est)
si secundum Aristocratis decre-
tum ipsum Athenienses recepif-
sent, particeps esse poterat, ait:
Varia quidē certe sunt apud vos
ō Athenienses commoda, qualia
non

non temere alibi reperias : inter
quæ unum illud præcipuum est,
non minus celebre, quam vene-
randum, Ariopagiticum tribu-
nal : de cuius dignitate si quis-
quam orationis copia dicere co-
nabitur (tam varia, magnaue de
illo tum ab antiquis tradita, tum
nostra memoria cognita sunt)
tanta se dicendorum moles offe-
rat, ut de nulla alia re maior. quo-
rum tamen ipsorum exempli
gratia unum, atque alterum ad-
feram in medium : utque primo
ab antiquis est traditum, refe-
ram. Dii ipsi senserunt illic po-
tissimum cædis iudicia peragi
debere (ita fama est) ibique potis-
simum iudices fuere. Neptunus
pro Halirrhothio filio adversus
Martem id testatur. Duodecim
dii iudices inter Orestem, & Fu-
rias illic sententias dixere. At
ista antiquiora videntur. Venia-
mus ergo ad recentiora. Tanta

h uic

hu
fer
ran
co
est
ad
sup
fu
tra
sur
pu
exa
tat
seq
ma
re
no
me
pro
qui
rite
tur
cui
tate
Pau

nter
est,
ene-
ibu-
uis-
co-
e de
tum
ant)
offe-
uo-
pli
ad-
mo
efe-
po-
agi
tis-
nus
sus
im
Fu-
At
ia-
na
uic

huic senatui reverentia, tanta est
semper habita fides, ut nec ty-
rannis, nec oligarchia (quæ pau-
corum potentiorum imperium
est) nec etiam quæ universalium
administrationis specierum vim
superat Democratia, ausa usquam
fuerit cædis iudicia ab eo loco
transferre. Ita omnes in univer-
sum semper sua consilia debiliora
putavere, quam quæ possent tam
exacte verum ipsum atque æqui-
tatem in causis tam foeliciter as-
sequi. Ad hæc etiam (quod ipsum
maximum est) nemo unquam aut
reus convictus, aut accusator
non convincens repertus est qui
merito ab eorum sententia posset
provocare. Nunquam enim
quicquam quod reprehendi me-
rito posset, in eo collegio decre-
tum est. Hæc Demosthenes:
cuius verba appendere ob digni-
tatem paulo prolixius visum est.
Pausanias in Atticis ita tradit.

Prima

Prima quidem, ait in dextra Ἡ
περαμικῆ parte est τὰ βασιλῆα ,
 regia porticus, in qua annuo ma-
 gistratu solet Rex sedere, cuius
 magistratus ἡ βασιλῆα ἀρχὴ di-
 ci solet. Harpocration ex prima
 Demosth. in Aristogitonem ora-
 tione, tres esse τὰς βασιλείας ,
 porticus regias, invicem è regio-
 ne collocatas ait. Primam δῖος
ἑλευθερίας, Iovis liberatoris: al-
 teram regiam vulgarem, usita-
 tamque: tertiam variis figuris
 ornatam, quam ideo *ποικιλίω*
 dixere Græci. sed verba Pausa-
 niæ prosequor. Ἀρεὶ πάγος , in-
 quit, id est, Martius vicus, dictus
 inde est, quod ἄρης , id est, Mars,
 condemnatus illic est eo quod
ἑλιπρόθειον occidisset. ubi & Ore-
 ites ob matrem interfectam iu-
 dicatus est: qui sententiæ pœnam
 effugeret, aram Palladi instituit,
 quam $\text{ἀρείας ἀθλιῶν βῶρον}$, id est,
 Martiæ Palladis aram vocavit. &

paulo

A T H E N I E N S I V M. 191
paulo mox. Sunt etiam Athenis
alia tribunalia non usque adeo
ut primum celebria, ut est *τρίγωνον*, à figura triangulari ita dictum: & *παράρτυρον*, ita nuncupatum, quod in obscuriori urbis loco (erant Athenæ in declivi loco sitæ, Libanotoque obiectæ) esset atque à paucis frequentaretur. Maximum vero omnium, & in quo plures convenirent, erat *ἡδισαία*, de quo iam dictum est. In quo autem homicidæ, venefici, sicarii, & maxime causæ capitales iudicarentur, illud vocabant *παλλάδιον ἐν δελφίνισσι* ius illis dici solebat, qui cædem quidem commisissent, iure vero naturæ tuendæ se fecisse assererent. In prytanio de rebus civilibus, ut supra à me est notatum, transigebatur. *Ἐπιεργασίω* (qui locus ad portum non longe ab arce erat) iudicia *φρισατύω* erant, ubi videlicet illorum audiebantur

tur

192 DE REPUBLICA
tur accusationes qui iam iudi-
cium extra Arium pagum effu-
gissent: qui veluti profugi cau-
sam ex navibus dicere consueve-
rant. Hæc Pausanias paucis ex-
plicat: à quo ad lucernam Demo-
sthenis rediens, volo maiorem
lucem adferre. Postquam de
Ariopagitis supra egit, in eadem
oratione statim subiungit. Al-
ter autem iudiciorum locus ~~est~~
~~quædam~~ ~~est~~ erat, ubi de eæde præ-
ter voluntatem, vimque repel-
lendo illata, quærebatur. Illic
enim quanvis manifesti criminis
reum defuncti necessarii age-
rent, non tamen pœnæ arbitrium
habere poterant, sed ab ipso sena-
tu cognita causa alio ille conce-
dere iubebatur, quoad parentum
animi desinerent in eum esse in-
fensi. Solebant vero pœnam æsti-
mare apud antiquos læsi, aut in-
terempti affines, præterea in ius
præsentibus rapere testibus quem-
libet

libet adversarium. qua de re pauca quædam addere visum est. Demosthenes in Mediam, πῶς ἔν ἐσσι ἔστο, εἰάν πολλαὶ ὁδὸς δῶ Δίῳ ἢ νόμων, καὶ τὰ λοιπὰ. Quomodo, inquit, habebit istud, si plures modos lege permissos dederō, quibus adversus iniuriam inferentes utamur? verbi gratia, furti vin' aliquem accusare? vales viribus? factum tibi certo constat? Rape in ius ad undecim viros. est vero mille drachmarum periculum in multa, si factum non probes. Es tu debilior, ut qui in ius non possis facile rapere? Agito illum furti apud novem ἀρχόντας. Quod si apud illos deferre times, accusa apud sex thesmoethetas. De tua fortuna conquereris, quodque sis pauper, non potes esse mille drachmis solvendis si non probas? Furti apud arbitrum accusare potes, nil tibi erit inde pericu-

li. Sexcenta sunt huiusmodi ad-
 minicula ad ius consequendum.
 Satis ex verbis Demosthenis ap-
 paret quod dicebam, cuique in
 ius sine viatore, aut apparitore
 (quos fervientes vulgo in Gallia
 vocant) adversarium rapiendi po-
 testatem fuisse. Quod vero
 idem exemplum Romam sit tra-
 latum, quum ex multis aliis lo-
 cis, tum maxime ex titulo dige-
 storum, Si quis illum qui in ius
 vocatus est, vi eximat, satis patet:
 & Lyricus satyra nona libri primi
 aperit.

-Casu venit obvius illi

*Adversarius: & Quot tu tur-
 pissime? magna*

*Exclamat voce. & licet atte-
 stari? ego vero*

*Oppono auriculam, rapit in ius
 &c.*

Quo ex loco notandum venit
 præterea, si quis vellet attestari
 rogatus,

A T H E N I E N S I V M. 195

rogatus, eum, ut meminisset, ab
 actore defricari memoriæ gratia
 circa auriculam solitum : quod
 & nostra ætate video servari ea-
 dem ratione, proverbiique loco
 esse apud multos, Post auriculas
 te ea de re defricabo, scalpam ve.
 quod à vetustissima Romano-
 rum consuetudine ad nos transi-
 isse certum est. Verum redeo ad
 subsellia. Παλλάδιον ait Pollux
 eversa Troia à Græcis Athenas
 fuisse delatum : habitatores vero
 Phaleri, qui portus iuxta Piræum
 Athenis coniunctus est, illos esse
 hostes arbitrati, in mare præcipi-
 tes dedere. Acamas etiam dixit
 Græcos fuisse homines qui Pal-
 ladis simulacrum attulerint : oc-
 cisos itaque oraculum vocavit
 ἀργυράλας, quod quum essent ami-
 ci, conterraneique, ut ignoti pe-
 riere : quo in loco ob rei memo-
 riam Palladium sacrum, & tri-
 bunal constructum est, ubi de

cæde involuntaria ius dicerentur, quoniam illos Phalerei non nocendi, sed opitulandi patriæ desiderio imprudenter veluti hostes occidissent. Subdit Demosthenes: Tertium porro tribunal fuit *ἐν Δελφίσις*, ubi ius illis dici solebat, qui cædem quidem commisisse se non negarent, iure vero eam fecisse contendebant. Esse enim aliquam iuste illatam cædem non negabit quicumque deos ipsos, qui æquissimi putantur, illic Orestem qui matrem tamen, sed iuste occiderat, post dictam causam noverit absoluisse. Ab Ægeio id constructum narrat Pollux, unde Apollo Delphinus, Bellona Delphinia dicta est: primumque ibi iudicium recepisse Thesea, quum prædonum spolia dicaret deo, non quidem negando Pallantidiorum cædem se commisisse, sed sancte id fecisse contendendo, ne illi, aut ei, aut

Reipub.

Reipub. nocere pergerent. Quartum (ait Demosthenes) erat *ἐν ἡ ἐπι πρυτανείᾳ*, ubi solebant huiusmodi causæ tractari: si quis in via transiens, ab obice illato, lapide scilicet, ferro, ruina, aut alia quavis re inanimata, aut etiam ab ignoto percussore fuisset læsus, coniecturis argumentabantur, si qua arte possent in illius qui damnum dedisset, aut dati causa fuisset, cognitionem venire: qui inde probationibus victus condemnabatur pro rei ratione. In illius tribunalis iudiciis, quibus Rex de quo egi, præerat, assidebant *πολοβασιλῆις*, regis assessores, amatoreive, qui rem post perquisitas coniecturas, si non constaret de authore, corrumpi, & in flumen, mareve proiici in pœnæ signum curarent. Πέμπτον βῆμα τὸ ἐν Φρέατι, quintum tribunal. in loco quem *Φρέατ*, id est, puteum vocabant:

alioqui τὸ ἐπιπλοῦν dici solebat:
 ubi si quis post cædem contra vo-
 luntatē admiffam, aliam volunta-
 riam commiffet, cogebatur da-
 re facti rationem, idque ex navi
 veluti solo proscriptus) quæ nec
 anchora, nec rudentibus oculari-
 bus retineretur. Ibi primum ἰφέ-
 ρας ius dixiffe fama est. Perfeque-
 rer ex Demosthene πρὸ ἡλιεύων,
 nisi iam sepius esset à me scriptus
 ille confessus. Ἐν λύκῳ in Lyco
 conveniebant arbitri, & illi iudi-
 ces qui causis terminandis ad-
 iungerentur. Μέλιχον addidit
 Pollux, nomine tantum, verum
 quid illic tractaretur, non docet,
 nec apud alium legi. Nolo hic
 immorari in iudiciorum verbis,
 aut formis explicandis, quæ mul-
 ta huc congefseram, ne operi ad-
 res ipsas declarandas nato, vi-
 dear, & Grammatica inferere:
 quod alibi fiet commodius: sed
 tamen absolvere curiarum, & iu-
 dicio-

ATHENIENSIVM. 199
dicioꝝ vocabula, ut sunt mihi
promiscue observata, nunc com-
modius iudico. Ἡλιασῆς καὶ
κρίτης, idem significant, iudicem
ordinarium, ut aiunt. Ἐκρίτης καὶ
ἀπόλεκτος, à Cicerone lectus iu-
dex dici solet. Γερουσία, omnium
senatuum, & iudicioꝝ gene-
rale nomen est, à senili ætate (qua
par est, aut certe moribus, esse iu-
dices) dictum: peculiari tamen
vocabulo ita vocari quinquagin-
ta ἐφόρον consilium apud Laco-
nes, scriptum reliquit Aristote-
les. Hoc enim ἐφόρος nomen
quanvis generale est præfecturæ
cuiusvis nomen, tamen & magi-
stratum eum significat, ut & ista,
ἐπιστάτης, ἐπιτάτης, ἐπιτροπῆ,
ἀρχων, ταμίης, ἐπίσκοπος. Omnia
enim præterquam quod sunt di-
gnitatum vocabula, communia
etiam sunt. Nomine γερουσίας
præterea decem κόσμοις apud
Cretenses etiam notavit Aristo-
teles.

N 4 ~~100~~ teles.

200 DE REPUBLICA
teles. Illam vocem ex Græco
in Cicerone Senatam vertit Ga-
za. Η γερουσία etiam Ἰδνασησίς,
vocari ex oratione Æschinis in
Ctesiphontem notavi iudicium
quodlibet, quoties in eo iudices
ius dicerent. Confessum præ-
terea iudicium στωδρίαν, ipso-
que iudices στωδρῆς, quod com-
muni sede uterentur, reperio di-
ci, id est, assessores: qua voce He-
bræi ut LXX. sapientū confessum
exprimerent, sunt usi, סנדרין
synedrin vocando.

CAP. XXVI.

*De assessoribus, quos Græci
παρόδρῆς vocant.*

IUDICIIS solennioribus sex
παρόδροι, à singulis trium ἐρ-
χόντων bini delecti, solebant
adesse: quos ex Aristotelis Athe-
nensium politia recitat Suidas
tan-